



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

334. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Ecclesiam, vel certè de suis, Presbyter conve-
nienter partes incisas habeat in vase nitido, ut
post Missarum sollemnia, qui communicare
non fuerunt parati, eulogias omni die domi-
nico & in diebus festis exinde accipiant. & illa
unde eulogias Presbyter daturus est antè in
hæc verba benedicat:

O R A T I O.

Domine sancte Pater omnipotens æterne
Deus, benedicere digneris hunc panem tua
sancta & spirituali benedictione, ut sit omni-
bus salus mentis & corporis, atque contra om-
nes morbos & universas inimicorum insidias
tutamentum. per Dominum nostrum Jesum
Christum filium tuum, panem vitæ, qui de
cœlo descendit, & dat vitam & salutem mun-
do, & tecum vivit & regnat. Providendum
est autem ne micæ incautè defluant.

Burchard. lib.
5. c. 28.

Ut Presbyteri cum stola incedant. *Ex*
synodo Triburiensi.

CCCXXXIII. Ut Presbyteri non va-
dant nisi stola vel orario induiti. Et si in itinere
Presbyteri spoliantur vel vulnerantur aut oc-
ciduntur non stola vestiti, simplici emenda-
tione sua solvantur. Si autem cum stola, tri-
pliciter.

De eadem re. *Ex Concilio Mogontiacensi.*

Concil. Mo-
gunt. sub Kar.
M. c. 28.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 81. &
lib. 6. c. 169.
Burchard. lib.
2. c. 101.

CCCXXXIV. Presbyteri sine inter-
missione utantur orariis, propter differentiam
sacerdotalis dignitatis.